

in generacione et in temporibus successione secundum exigenciam
 nature seminis saturno ascribitur. quia sua frigiditas
 et siccitate semen restringit et solidat. ¶ **Cō-**
Post quam autem posuit accidencia propria anime medi
 antibus corporibus celestibus. desequuntur exeunt de accide
 tibus corporibus Nota frigiditas est stringere et condensare. ut
 patet in experimento. ut si accipiat olla plena aqua et po
 nat ad locum frigidum aqua minoratur sic quod comprimatur
 Sed calidus est extendere ut calor ferri facit ferrum ex
 tendere. Item calor in aqua buliente ipsam extendit et
 rarefacit Sed quia saturnus est frigidus et siccus. igitur assila
 tur terre igitur materiam condensat et comprimit. unde dicitur.
 Est frigidus summe saturnus siccus et asper Nota dubium
 utrum aliquis planetarum possit influere frigiditatem Et vi
 detur quod non quia 2º celi stella influit motum et lumen Sed
 tamen motus quod lumen calefaciunt. 8º 2c. Respondeo quod om
 nis planeta influit calorem Sed unum plus alius minus
 unde saturnus et luna minime influunt calorem respectu
 aliorum planetarum. ¶ **Textus**
 ¶ Sed existo statim oritur dubitacio quia alicui potest esse
 dubium utrum saturnus regnet in cuiuslibet embriosis
 conceptione Et si non tunc mirabile est quod dictum est **C.**
 ¶ Sic mouet dubium et est id Si dictum esset utrum seque
 quod saturnus spiritus regeret et esset mirabile. Quia tenet in
 terra Etiam de se patet quia omni die fiunt conceptiones pue
 rozum. ¶ **Textus**
 ¶ Circa quod notandum. quod materia prima subiecta est
 corporibus supercelestibus et eorum motibus. et est quod dicit
 philosophus in 1º. metherson quod omnia inferiora causata
 sunt a superioribus. et ab ipsorum motibus gubernantur. Et
 igitur necesse est quod ista inferiora particula et vltra respici
 antur a superioribus. intelligendo de vniuersalitate
 corporis totius supercelestis. vniuersalis. non ista inferiora
 respiciuntur a superioribus. quia nihil fit de materia